

dilectus sit à deo quām ipse deum dilexit. Nec potest dici quid deus ex te pote eum diligere incepit. Alioquin si eis affectus esset in utilibus. Et ideo oportet dicere quid deus ab aeterno Iacob dilexit, vt dicitur Hiere, 31. In charitate per perpetua dilexerit. Eist autem in his verbis apostoli considerandum quod tria ponit in deo pertinentia ad sanctos, videlicet electionem per quam intelligitur praedestinatione & electio dei, quae quidem realiter sunt idem in deo, sed different ratione. Nam ipsa dei electio dicitur secundum quod vult bonum aliqui absoluere. Electio autem dicitur secundum quod per bonum quod aliqui vult eum alteri preferat. Praedestinatione autem est secundum quod hominem dirigit in id bonum quod ei vult, diligendo & eligendo: & ideo secundum rationem praedestinationis sequitur dilectionem, sicut & voluntas sine natura prior praeceps directionem aliquorum in finem. Electio autem & dilectione alter ordinatur in deo & in homine. In homine enim electio praeceps dilectionem, voluntas enim hominis mouetur ad amandum ex bono quod in re amata considerat, ratione cuius ipsam praelegit alteri & praelecte suu amorem impedit. Sed voluntas dei est causa omnis boni quod est in creatura, & ideo bonū per quod una creatura preferunt alteri per modum electionis consequtitur voluntatem dei quae est de bono illius quae pertinet ad rationem dilectionis. Vnde non propter aliquid bonum quod in homine eligat deus eum diligere, sed potius eo quod ipsum diligere preferat eum alijs eligendo. Sic autem electio de qua hic loquitur pertinet ad aeternam dei praedestinationem, ita etiam odium de quo hic loquitur pertinet ad reprobationem quae deus reprobavit peccatores. Nec est secundum quod illa reprobatio sit temporalis, quia nihil temporale est in voluntate divina, sed est ab aeterno quod quidem quantum ad aliquid conuenit cum dilectione vel praedestinatione quantum autem ad aliquid differt. Conuenit quidem quantum ad hoc quod sicut praedestinationis est preparatio gloria ita reprobationis est preparatio poenit. 3. Preparatio est ab heretophae a rego preparata. Differt autem quantum ad hoc quod praedestinationis importat praeparationem meritorum ut quibus percurritur ad gloriam, sed reprobationis importat praeparationem peccatorum quibus percurritur ad poenitentiam. Et ideo praeficita merita praescita cadunt sub praedestinatione: sed praeficita peccatorum potest esse aliqua ratio reprobationis ex parte poenitentiae quae preparatur reprobatis: in quantum i. deus proponit se punitorum malos propter peccata quae a seipso habent non a deo. Iustos autem proponit leprosum, propter merita quae a seipso non habent. Oz. 13. Perditio tua ex te Israël, tantum in me auxiliu tuum.

C. Lectio III.

Vid ergo dicemus? Nunquid iniurias apud deum? Absit. Moysi enim dicit. Miserebor cui misertus sum, & misericordia prestatu cui miserebor. Igitur non voluntis neque currentis, sed miseritis est dei. Dicit enim scriptura Pharaoni. Quia in hoc ipsum excitaui te vt ostendam in te virtutē meam, & vt annuntietur nomē meū in vniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur, & quē vult iduratur. Postquam premisit apostolus quod secundum dei elec-

tionem unius alteri praeferatur non ex operibus, sed ex gratia vocantis, hie inquirit de iustitia cuius electionis. Et primo proponit dubitationem. Secundū solvit, ibi (Absit Moy &c.) Tertiū abicit contra solutionem, ibi, (Dicis itaque mihi quid ad haec?) Dicit ergo prius, Dicūt el quod sine merito precedente unū eligit, & alterum reprobavit. Quid ergo dicemus? Nunquid per hoc apbari potest quod sit iniurias apud deum videtur quod sic. Pertinet enim ad iustitiam in distributionibꝫ vt equaliter aequalibꝫ distribuantur homines autem remota differentia meritorum sunt aequales. Si ergo ab eis consideratione meritorum deus inaequaliter distribuit unū eliges & aliū reprobans, vide quod sit in iniurias, quod est contra illud quod dicitur Deuter. 32. Deus fidelis, & ab eis vla iniuriantur. Psal. Iustitia domine & rectum iudicium tuum. Est autem scindendum quod Origenes hæc obiectioem solvere volens in Error Ori- cidiū in errorem. Ponit enim in suo periarcho deum genit. de p. ab initio solum creaturas spiritualiter fecisse, & omnes equa destinatioles ex eorum inaequalitate posset secundum rationem & de ani- praedictam iniurias deo alibi: sed postea creaturam marit pro- dieritas subsecuta est ex diversitate meritorum. Nam ducentie. illarum creaturarum spiritualium quedam per amorem conuerse sunt ad deum plus vel minus, & secundum hoc dictum sunt ordines angelorum quedam verò ad urel sunt à deo plus vel minus & secundum hoc aligata sunt corporibus vel nobilibus vel innobilibus, quedam quidem cælestibus corporibus, quedam autem corporibus demonum, quedam autem corporibus hominum: & secundum hoc ratio condendi & distinguendi de creaturas corporaes est peccatum spiritualium creature quod est contra id quod Gen. x. dicitur, Videlicet deus cuncta quae fecerat & erant valde bona, per quod datur intelligi quod causa producendi creaturas corporales est bonitas, ut dicit Aug. 11. de ciuitate dei. Et ideo hac opinione recte videndum est qualiter apostolus dubitationem soluat, cū dicit, (Absit. Moy si enim dicit &c.) Et circa hoc duo facit. Primo solvit obiectioem praedictam quantum ad dilectionem sanctorum. Secundū quantum ad odium seu reprobationem malorum, ibi, (Dicis enim scriptura &c.) Circa primum duo facit. Primo proponit autoritatem scripturae ex qua pro- dit solutio. Secundū ex ea conclusio inducit, ibi, (Igitur non voluntis &c.) Inducit autem autoritatem quem habetur Exod. 33. vbi dixit dominus Moy si secundum literam nostram, Miserebor cui volueris & clemens ero in quæmmib[us] placuero. sed apostolus inducit eam secundum literam. 7. dicens, Moy si enim dicit dominus, Miserebor cui misereor & misericordiam praefabo cui miserebor, vbi secundum superficiem literæ omnia bona nostra dei misericordie alcancuntur, secundum illud Esa. 63. Miserationem domini recordabor, laudem domini super omnibus quæ reddit nobis. Et Tren. 3. Mi- sericordie domini quod non sumus confundi, multæ enim sunt miserationes eius. Exponitur autem haec au- thoritas in glo. duplicitate. & secundum hoc ex authori- tate haec duplicitate solvit questione & obiectio. Vno modo sic, Miserebor cui misereor. i. illi qui est dignus mi- sericordia, & ad maiorem expressionem iterat, dicens, Misericordiam praefabo cui misereor. i. cui dignus ju- dico miseri: sicut & in psal. dicitur, Misertus est domi nus timentibus se. Et secundum hoc licet misericordia sua impedit tamen ab iniustitia excusat, quia dat quis- bus dandum est, & quia non dat cui dandum non est secundum rectitudinem sui iudicij. Sed misererit cui di- gnus est, potest intelligi duplicitate. Vno modo vi- teligatur aliquis dignus misericordia propter opera pœnitentia in hac vita, sicut non in alia vt potuit. Origenes quod pertinet ad hæresim Pelagianorum qui poluerint gratiam dei hominibus secundum merita dari, sed hoc

Tria ideo
pertinentia
ad sanctos.

Quærit de
iustitia pre-
destinatio-
nis & re-
probatio-
nis & re-
stitu-
tutia
virtutis.



Error Ori-
genis &
Pelagiano-
ri, p. ḡa
dat ex me-
ritis præce-
dentibus,